Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

que vere sunt a principio eorum quo locutus es
Omnia verba predicti a veritate increata que mirabilis est secundum quam iudicandum est de omni veritate creata et ideo meterni sunt stabilia et firma omnia iudicia iustitiae tuae
Vox ecclesie sive cuiuslibet iusti
Dixi in mia tua vivifica me et necesse est quia

Principes huius mundi

rectores persecuti sunt me iniuriosi cotumeliosi et molestos affligendo sine ulla causa ego tamen fortius in passione quia a verbis tuis quibus dixisti qui negaverit me coram hominibus ego negabo eum coram patre meo formidavit cor meum
Et hoc faciens Letabor super eloquia tua quibus locutus es cum vos persequentur propter iusticiam gaudete et exultate quoniam merces vera multa e in celo letabor dico sicut qui invenit spolia multa virtus hostibus
Letabor dico etiam in hoc quod II iniquitatem odio habui et abhominatus sum tamquam quid vile et damnabile legem autem tuam dilexi tamquam quid honestum et utile et delectabile iugiter meditando
In cuius signum Septies i toto tempore vite mee que per septem dies voluit vel septies i horis constituit ut moris e religiosis laudem dici tibi et hoc confitendo omnia iudicia tua recta esse et iusta licet nobis incomprehensibilia
Dilexi legem tuam merito quoniam Pax multa inveniunt in mente diligentibus legem tuam qui enim amat deum pacem cum fratribus necesse e quod habeat et non e illis scandalum quod nulli sit occasio ruine
Pacem habui et etiam Expectabam xpm tuum